Quelle: http://manuscripta.at/?ID=1025
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

confixum. diffigere mundum. ꝑ peccatum
morti affixum. O celata potestas. hominem
damnatum cum latronib⁹. saluare. homines
damnatos cum demonib⁹. hominem in pa
bulo suspensum omnia trahere ad se ipsum.
O uirtus occulta. unam animam emissam in tor
mentis. innumerabiles extrahere de inferno.
hominem mortem corporis suscipere. & ani
marum mortem primere. Cur bone dne
pie redemptor. potens saluator. cur
tantam uirtutem opuisti tanta humilitate.
An ut falleres diabolum. q̃ fallendo homi
nem eiecit de paradyso. Sed utique ueritas
nullum fallit. Qui ignorat. q̃ n̄ credit ueri
tatem. ipse se fallit. Qui uidet ueritatem
& odit. t̃ contempnit. ipse se fallit. Veritas
itaq; nullum fallit. An idō. ut ipse diabo
lus se falleret. Sed utique sicut ueritas nullum
fallit. ita n̄ intendit. ut aliq̃s se fallit. qua
uis hoc dicat. facere cupiuit. Non enim
assumpsisti hominem ut nostum te opires. sed ut